

15

85
1743, 3
**FACVLTATIS JVRIDICAE
DECANVS,
HENRICVS MELCHIOR
SCHÜTTE, JC_TVS,**

**MEMORATÆ NEC NON PHILOSOPHICÆ FACVLTATIS
ASSESSOR ET PROFESSOR POLITICES PVBL.
ORDINARIVS,**

**LECTORI BENEVOLO
S. P. D.**

**ERFORDIAE,
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.**



FACULTATIS LITERARIORUM

DECANUS

BURGUS HEDDENDORF

SCHUTTE J.C.

MICHAEL NEC NICOLAIUS DE HEDDENDORF
SCHOLAR ET TUTOR IN UNIVERSITATE TAV

LECTORI BENVOLO

ALDO

ERASMO R

TISSON CATHOPHORI HERIGIL

ETC



Rtis interpretandi necessitatem jam dum demonstrarunt complures erudi-
ti, qui hoc argumentum excutiendum sibi sumserunt. Et quidem quod ad interpretationem legum attinet, illa di-
pisci solet in authenticam, doctrinalem & usualem.
Authentica dicitur, quando ipse legislator declarat,
quomodo intellectam velit legem, qui enim leges
præscribere potest, illius quoque procul dubio est,
easdem interpretari. *Doctrinalis* interpretatio fit a
judice & Jcto, atque nititur idoneis argumentis ex
regulis artis hermenevticæ desumptis. Hæc est vel
declarativa, quando termini artis explicantur, v. g.
quid in jure triticum, tignum, arbor, glans &c. si-
gnificet, item quomodo vocabulum heres in jure ci-
vili & feudali sumatur &c: vel *extensiva*, ob identita-
tem rationis, licet verba deficiant, unde aliae sunt
actiones directæ ex verbis legum, aliae utiles ex men-

) 2.

te

te earum profluentes: vel *restrictiva*, quando quidem
verba legis ad casum obvenientem applicari posse vi-
dentur, sed ratio legis repugnat. v. c. minor qui-
dem sine curatoris consensu contrahere nequit, quia
facile lœdi posset, sed testandi facultate etiam sine
curatore, ob cessantem metum lœsionis, gaudet.
Usualis denique audit, quando sententia legis dubia
ex observantia constanti explicatur, v. g. cum se-
cundum constitutionem Carolinam, ille, qui quin-
que solidos furto abstulit, poena mortis afficiendus
sit; in foro solidus pro ducato sumitur. Confer sis
CASP. HENR. HORNII *prælectiones publ. de interpre-
tatione jurid.* qui fere omnia fusius persecutus est. Sed
& paœta aliaque negotia hominum aliquando interpre-
tatione indigent, & leges volunt, ut non præcise ver-
bis inhaereamus, verum potius ad id, quod aetum est
inter partes, sive ad intentionem respiciamus L. XXXIII.
de contrah. emt. L. III. *dereb. credit.* L. CXXV. *de verb. signif.*
& paœta obscura ex circumstantiis L. XXXIV. *de R. J.*
aut ex negotii natura L. LXVII. *de R. J.* explicanda.
Quodsi tamen ambiguitas exitum invenire non possit,
contra eum fit interpretatio, qui clarius loqui debuiss-
et, L. XCIX. *pr. de verb. obligat.* Ita consanguineus, si
ad factam sibi a contrahentibus oblationem respondeat,
se emere nolle, retractui renunciasse censetur. Licet
enim vel maxime ambigua sit haec locutio, cum, qui
declarat se jam emere nolle, non statim declarat, se in-
tra tempus legitimum retrahere nolle: is tamen qui
perspicue interrogatus dubie respondet, ubi clare loqui
debebat, in culpa est, ea vero ratione damnum, quod
sua culpa contraxit, non sentire existimatur. Vid. il-
lustris

Iustis AVGVSTINVS LEYSERV^S *Med. ad ff. Spec.*
195. *med. 5. & 6.* Quisnam vero ille sit, qui clarissimus lo-
qui debuisset, inter Doctores disputatur. Vir illustris,
IVSTVS HENNING BOEHMERVS in singulari dif-
fertat. *de interpretatione facienda contra eum, qui clarissimus lo-*
qui debuisset §. 20. hanc suppeditat regulam: illum in pa-
tione ambigua & obscura clarissimus loqui debuisse,
qui in illa voluit singularem & extraordinariam quæ-
rere utilitatem, quando scilicet lis est de illa utili-
tate, quam querere voluit. BOEHMERVM
sequitur JAC. FRIDER. LDOVICI, *doctr.*
Pand. libr. 18. tit. 1. §. 13. ubi docet, eum clarissimus
loqui debuisse, qui singulare quid prætendit, id est
tale, quod a naturalibus contractus recedit. Ita
contra emtorem fieri in dubio interpretationem, si
pretium non velit statim solvere: contra venditor-
em, si evictionis præstationem detrectet. Contra
hanc vero regulam non nulla monet celeberrimus
LEYSERVS *Meditat. ad ff. Spec. 41. med. 4.* & regu-
lam ita formandam esse existimat: eum clarissimus loqui
debuisse, atque contrariam sibi interpretationem pati,
qui verba pacti concepit, vel concipere aut mentem
suam explicare debuit, atque obscure vel ambiguo
locutus est. Sed alii judicant, veram inter viros
illustres non intercedere pugnam. Non enim ne-
cessere esse, ut quis mentem explicare studeat, nisi
qui aliquid, quod contractui per se non inest, pafci-
catur, vel se obligationi, quam ex natura negotii
fuscipere debebat, subducere intendat, eoque ipso
singularem & extraordinariam utilitatem quærat, cum
& de hoc casu *L. XXIX. de pact. L. XXXIV. de contrah.*
emtion.

emtion. L. XXXVIII. s. XVIII. de Verbor. Obligat. a LEYSERO excitatae explicandæ sint. Ceterum, quia quilibet pro se & heredibus pacisci præsumitur, L. XVII. L. LII. s. I. de paſt. omneque paſtum in dubio reale magis, & successoribus proficuum, quam personale esse videtur, etiam si pacientes de se tantum sint locuti; paſto effici debet, ne heredes emolumenti participes fiant, d. l. XVII. s. III. de paſt. nisi tale negotium inter pacientes celebratum sit, quod natura sua personam non egreditur. Sed nolo huic argumento diutius immorari, cum illud occasione L. XXXIX. D. de paſt. lectione cursoria persecuturus sit

NOBILIS ATQUE CLARISSIMVS JVRIVM

CANDIDATVS,

D O M I N V S

ERNESTVS FRIDERICVS

Schellwitz.

Ubi hic sit natus, qua ratione educatus, sub quibus in literis & legibus profecerit, paucis commemorandum erit. Lucem primum adspexit Tenstadii, quæ Urbs Thuringiæ satis nota est. Patrem virum prænobilem & consultissimum, Dominum ERNESTVM SCHELLWITZIVM, Consulem dictæ urbis meritisimum & causarum patronum longe celeberrimum, sibi præmaturo fato multis abhinc annis ereptum, ac matrem SARAM BARBARAM, consulis ibidem meritisimi, FERBERI, filiam, cunctis virtutibus, quæ in sexum sequiorem cadunt, conspicuam, non ita pridem beata morte defunctam, veneratus est, ac etiamnum luget. Horum optimorum parentum cura omnis ab incunabulis

bulis ejus posita fuit in eo, ut tam in Scholis quam
privatum, doctrinæ Christianæ elementis bonisque arti-
bus imbueretur. Cum vix decimum & sextum an-
num implevisset Candidatus noster, a matre Halam Sa-
xonum missus est, ibique litteris elegantioribus, per
integrum triennium, publicis scholarum Orphanotro-
phei usus magistris, operam dedit. Absolutis studiis
scholasticis, Lipsiam se contulit, ibique in philoso-
phicis virum excellentissimum & cōsultissimum, Do-
minum D. AVGSTVM MULLERVM, in
singulis vero juris partibus & arte de rite forman-
da Actorum relatione, JCtos celeberrimos, JOAN-
NEM BAVERVM & in primis GEORGIVM
ANDREAM JOACHIMVM, nactus est duces,
nec non literas elegantiores, pro temporis ratione,
excoluit. Nunc autem id agit, ut Licentiaturæ in
utroque jure publicæ gradum, seu præmium ex-
antlatorum laborum reportet. Quem in finem in
nostram Hieranam delatus, alboque academico in-
sertus, apud nostrum ordinem nomen suum est pro-
fessus, ac, ut ad rigorosum admitteretur examen,
modeste petiit. Locum dedimus votis honestis-
simis, ac textus ex utroque jure, tam Canonico
quam Civili, cum eo communicavimus, quos do-
cete non solum resolvit, sed & in ipso examine ta-
lem se nobis probavit, ut dignus judicatus fuerit,
cui cathedra juridica aperiret, & desiderati hono-
res decernerentur. Crastina ergo luce, die XX.
hujus mensis Maii, recitatione solenni, quam lectio-
nem cursoram vocant, in L. XXXIX. D. de paſt.
com-

commentabitur, eademque finita, dissertationem inauguralem

DE

EO, QVOD CIRCA VEN-
DITIONEM RERVM FV-
TVRARVM JVSTVM
EST.

a dissidentium dubiis vindicabit. Quos auctus solen-
nes, ut Magnificus Dominus Academiæ Rector, nec
non reliqui Academiæ Proceres ac civeshonorifica sua
præsentia illustriores ac splendidiores reddere velint, &
meo, & ordinis nostri nomine, ea, qua par est, obser-
vantia & humanitate, oro rogoque. Publ. sub Si-
gillo Facultatis Jurid. Dominica Rogate die XIX.
Maji, A. O. R. M DCC XLIII.



ERFURT, Diss., 1742/44



UD78

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



1743, 3

FACULTATIS JVRIDICAE
DECANVS,
**HENRICVS MELCHIOR
SCHÜTTE, JC_TVS,**

MEMORATÆ NEC NON PHILOSOPHICÆ FACULTATIS
ASSESSOR ET PROFESSOR POLITICES PVBL.
ORDINARIVS,

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.

ERFORDIAE,
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.

